

05
A
235





πᾶς Ἀνεβροῦ εἰσιτα.

ΦΙΛΟΛΟΓΩΤΤΟΙΣ,

ONOMASTICON ORIEN-

TALE,

H. E.

VOCUM SIVE VERE S. KATA ΔΟΞΑΝ
PEREGRINARUM IN TEXTIBUS ORIGINARIIS

utriusque foederis obviarum, ut & earum, quæ apud

Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ Orientalium, Politicos,

Mathematicos, Medicos, ex Oriente adscitæ extant,

deniq; Textuum Punicorum Plauti,

Luculentam è Lingvis & Dialectis Orientalibus,

Ebraica, Chaldaica, Samaritana, Syriaca, Punica,

Arabica, Æthiopica, Persica, Turcica, Arme-

nica & Coptica, explicationem.

PUBLICE

AUDITURIS

P. P. P.

operamq; suam defert

AUGUSTUS Pfeiffer /

Lingg. Orientalium Prof. Publ. Extraord.

& Facult. Phil. Adjunctus.

WITTEBERGÆ,

Typis DANIELIS Schmalz / Acad. Typogr.



L. S.



Agna erat quondam prisca istius
ævi felicitas, quô omnes homi-
nes eâdem lingua voces mutuas acci-
piebant & reddebant. Patria tum
cujusvis ubique erat: conterranei
omnes: nullus in orbe terrarum pe-
regrinus, nemo barbarus, nemo alteri obscurus: nullus
usus interpretis, nullus de ejus fide metus: nec duo in
caput tertii præsentis conjurare poterant securi: quod-
que hodie nemo omni molimine per omnem consequi-
tur vitam, ut omnes scilicet intelligat & ab omnibus in-
telligatur, id omnes tum à puero habebant, non labore
partum, sed sensim cum lacte materno suavissimè instil-
latum. Non plorabant sub tristibus ferulis pædagogorum,
nec opus erat pulsare fores literionum, neque
Lingvarum causâ excurrere ad exteros. At homines con-
ditionis suæ impatientes, dum memorandum omnibus
seculis facinus moliuntur & cœlum adeò ipsum petunt
stultitia, ruunt in præceps & lingvis confusis, cum animi
fensa nemo alteri aperire deinde posset, stolidi consilii
pœnas luunt. Quâ tamen benignissimum Numen est
Μιλανθρωπία, quod pœnæ rationem habebat antè, in
maximum postea generis humani emolumentum con-
vertit, dum *πλυγλωττία*, olim quidem è *γλωττοσυγχύσει*
oriundam, at jam in Apostolos cœlitus effusam, salutare
Evangelii de Christo in omnes orbis oras disseminandi
medium esse voluit. Idem & hodie, prævio labore &
per



05 A 235

per ordinaria media, concedit quibusdam diversarum
lingvarum facultatem, ut sublevent alios & *τι μεγαλειαι*
& *ἡς*, quisq; pro suo modulo, propagent. Extremè igitur
in Deum & proximum iniquos esse oportet, qui varias ad-
discunt lingvas vel *αἰεὶ πὶ ἑαθῆναι* vel utiis, ceu involucris,
inventas abs se, quæ ipsimet sine ullis rivinis depereunt,
quanto possunt opere, tegant. E quibus hac vice præ-
aliis nominandus videtur notissimus ille aurei velleris
sectatoribus author, *Aurelius Theophrastus Paracelsus*. Is
quippe insigniora ingenii sui portenta conquisitis ex
omni genere lingvarum, quin & de industria confictis
vocibus, iisque mirum in modum corruptis, contortis,
luxatis, truncatis, commixtis & confusis, ceu quodam
ῥάνει πολυχειδῆ obvelavit & ab humano genere (uti feles
solent fœces suas) omni studio occulit, simul & invi-
diam testatus, nec eo se incaluisse spiritu, cujus filii non
tenebras latebrasve, sed claram lucem amant. Quo
liceat *ἐκ τῆς κρητῆδος τὸ ἕφασμα γινώσκων*, exempla quædam
producere lubet. L. 1. *Carboant.* c. 2. ita cornicatur homo:
Ich bin ietzt fein Narr / (quin tamen quandoque, negare
non audet,) so bin ich nun nicht truncken / &c. sondern ich
bin ietzt ein Aphicabtal. Monstrum vocis! Sed A debet
esse articulus, Phi *Philosophus*, Cab *Cabbalista*, Tal *Talmu-
dicus*. Hem cor, hem epar Crateris! Et nonne Bœotica
quali anigmata sunt quæ subjungimus: *Pref. Carboant.*
Es wird ein Salazorionist 30. Jahr nach meinem Tode erschei-
nen / &c. (quis fuerit ille, ater an albus, non constat,)
Carboant. L. 5. c. 53. Wiltu ein Srebranakoram (argenti fodi-
nam è lingvâ Russicâ exponunt) in deiner Schlaffkammer
machen / &c. L. 9. c. 33. Wann sie (circumforanei) die Leute
lang geplagt hand / und nicht weiter List können / schießen sie die
gen *Almeghalnij ad balal*, und lassen sie in *Temetes* baden / bis
sie rothat werden; (quæ vocabula Hungarica censentur,)

L. 9. c. 115. Der *Affabdola* (hic Davus sum) hat ihm (Alchymistæ) verschlungen. L. 13. c. 55. Wo die (Balsam/Sulphur, Sal,) verderbet werden / do gehet die *Echschachom* an / (putrefactio, Armenicè) L. 19. c. 81. Und so hastu den *Chasium* (justum è Syriasmò) Spiritum Sulphuris. Lib. 32. c. 54. Pseudalchymistæ vocantur *Aykarzichor* (περτολόγμια,) die schwänzen sich über den *Breithart* / bis sie den *Tallinger* zu Theil werden. L. 32. c. 121. Denn ich berühme mich (cæteris tacentibus) daß ich ein wahrer *Schapenisamas* bin / (mihi barbarus) denn Gott hat viel durch mich gewürcket / &c. L. 11. de *Caus. Cælest.* c. 113. Wenn man von der Geburt des Jungfrauen Kindes *Atmantmenibe* (i. e. 88. corruptè è Syriasmò) zehlet / &c. L. de *Spiritu* cap. 3. Mein Geist ist *ainhamæhscher* Art / (exponunt: *Indefessus*, ex ין & חדו, sed sic *Spiritus pigritia* potiùs innueretur) L. de *myst. eternit.* c. 113. schöne *Schebartarbita* (nescio quid velit) wie *Marmorstein* und die edelsten *Alchäten*. L. 3. de *arte distill.* c. 33. Die *Arthaboe* sollen zerstoßen / und also mit *Bein* / *Marck* und *Fleisch* distillirt werden / und den *Krancken* eingeben / (gallos vel gallopavones indigitare videtur, sed unde vel quare non liqvet) Sed de his satis superque, *Paracelsus* legenti sexcenta talia ultrò se offerent. Unde & paucos lectores habet, juxta illud: *Si non vis intelligi, non debes legi.* Cæterum *Magistro* facem ministraturus *Leonhard. Thurneisserus* πολυγλωττίας affectavit quidem laudem, sed scientiam eruditis non probavit. Frustrà enim omninò erit, quisquis putarit omnia esse talia, quæ pro Syriacis, Arabicis, Æthiopicis, &c. passim in *Onomastico* suo venditat. Tot enim ignorantia suæ edidit specimina, quot istius operis folia fecit. Quod dictum ne ex præjudicio profectum videatur, (nam cæteris Viri meritis per nos nihil decedet) uno illi alterove exemplo faciemus fidem. *Præf. P. 2.* ex *Psal. 61.* vocem קנפין scribit קנפין (monens

(monens quidem alios, quos ipse non sequitur, vocem istam inchoare à כ, at nesciens nunquam per פ scribi) & tertia vice legit *Kenapena*, ק confundens cum פ, quod vel Alphabetarii Ebraei in melius restituere possunt. P. 134. vocis קרבן originem traditurus ait: Es entstehet ohne Zweifel von dem Wort Cor her. כ scilicet est genus mensuræ, inde קרבן. Nil certius! Imò absurdus nil dici poterat. In recensendis mensibus Orientalium quàm procul aberravit à janua! P. 9. dicit: Wie dann *Saphar*, *Rabethsec*, *Sumedipuidageb*, *Rabethprim*, *Scaben*, *Ramadan*, *Schanbel*, *Dulkada*, *Sumedisec*, & *Dulbega*, alles Nahmen der Persischen Monat seyn. Atqui illa nomina non Persarum sunt, sed Arabum, ita ordinanda & corrigenda: *Sabar*, *Rabieh prior*, *Rabieh posterior*, *Sumeda prior*, *Sumeda posterior*, *Rageb*, *Shaben*, *Ramadan*, *Scaual*, *Dulkada*, *Dulbegia*. Quæ in his à Thurneissero depravata sunt penitus, dissimulari nequeunt. Persuasissimi sumus, eum putasse, in *Rabethsec*, & *Sumedisec* ultimam Syllabam esse de essentia vocis, cum tamen sit decurtata ex *Secundus*, nam autor, unde ista convasavit Thurneisserus, scripserat: *Rabeh sec. Sumedi sec.* Ita *Sumedipui* restitui debet *Sumedi pri*, i. e. primus. Pro *Dageb* autem infelix plagiarus scribere debuisset *Rageb* & pro *Schanbel* *Schauhel*. Hic itaque nomina mensium Arabica vocavit Persica, at alibi p. 7. nomina Arabica mensium ista recenset: *Bona*, *Accur*, *Tutb*, *Benna*, *Musre*, *Kabiac*, *Tona*, *Amseir*, *Adhib*, *Boronbor*, *Barmudba*, *Bascens*, quæ tamen, ordine quoque turbato, corrupta sunt è Copticis hisce: *Tout*, *Paopi*, *Atbor*, *Chojac*, *Tobi*, *Meebir*, *Phanemoth*, *Pharmuti*, *Pascons*, *Paoni*, *Epip*, *Messori*, ceu patet, si contendas *Tutb* & *Tout*, *Musre* & *Messori*, *Barmudba* & *Pharmuti*, *Bascens* & *Pascons*, *Cabiac* & *Chojac*, &c. Denique P. 100. putat se Ægyptiorum enarrare menses,

qui tamen sunt ipsissimi Persici, à Thurneissero inclementissimè tractati. Probat id *σὺνεργεῖς*. *Behmemech* Thurneisseri, est Behmanmah: *Dimech* Dimah: *Zirmech* Tirmah: *Tdramech* Adarmah: *Marday* Mordadmah: *Sarenbemech* Sarivermah: *Mabyramech* Mehermah: *Azfindamech* Asfandarmah: *Cardaymech* Cordadmah: *Ebenmech* Abanmah, &c. Sed non mirum est adeò, Arabica pro Persicis, Coptica pro Arabicis, Persica pro Copticis à Thurneissero inculcari, qui voces istas *Alburnum*, *Acus*, *Alumen*, *Alphabetaria*, *Alastor*, *Arcana*, *Alucedemaleos*, (i. e. *Wöß Leuchter* / ut exponit,) ceu Arabicas, *Adsum* autem (*Jeh bin da*) ceu verbum Ebraum lectori suo propinare non dubitavit. *Conf. p. 6. 18. 20. 30. 35. 39. 51. &c.* Neq; insolens ipsi est, ut vocabula, quæ Ebraica agnoscit, Arabicis & Illyricis literis, Persica & Arabica Syriacis, Æthiopica & Slavonica Arabicis, &c. (incertum quo consilio) exprimat. Sed non vacant nobis tam ignobiles à bonis literis horæ, ut hisce immoremur, Certè varias sonare voces sine mente & ratione, graculi quoq; & psittaci: at varias ducere figuras sine sententia, etiam gallinæ possunt. Rectius fortè consulisset famæ suæ Thurneisserus, si ex iis, quæ non satis capiebat, non captasset gloriam, nec istam Paracelsicam movisset Camarinam. Nobis longè alia mens, alius animus fuit, ex quo lingvis dedimus operam. Quicquid enim in iis nostrâ qualicunq; industriâ consecuti sumus, id Domino sacrum esse volumus. Si quid nobis præterea inde obtigit commodi, illud *ωεγοδῆναι* instar fuit. Cumq; in lectione SSæ animadverteremus voces quasdam peregrinas hinc & inde obvias è lingvis originariis explicari haud posse, tandem non dubitavimus lingvas quoque Europæis ferè inaccessas adire. Scopus nobis præfixus duplex fuit. Primus quidem, ut ipsi de SSæ sensu certi essemus. Alter, ut

forte
syriaci
quædam
fuit
videtur
fuit

ter, ut sublevaremus alios, quorum labores non admit-
 tunt istos rivales. Illum ex parte contigimus, neque de
 hoc, Deo favente, desperamus. Eo certè animo, post-
 quam *Criticâ Sacra generali* haud ita pridem defuncti su-
 mus, ad quandam *Critices Sacrae speciem*, Deo duce, pro-
 movemus pedem, dum *voces peregrinas Sacro-Profanas*
 explicare aggredimur. Tractationis nostræ frequentia
 erunt capita I. De vocibus peregrinis V. T. puta Syriacis
 E. c. **יגד שיהותני** *Gen. 31. 49.* Samaritanis. E. c. **כרגל** *2. Reg. 17. 30.*
 Arabicis, ut **מני** *Esa. 56. 11.* **כיון** *Amos 5. 25.* Persicis
 & propriis **כורש / דרוש / אסתר / אחשוורוש / &c.** & appella-
 tivis **נשתתן / פורים / אחשתרנים / אחשדרפנים / ארדגוריא / דתבריא**
אגרה, &c. *Egyptiacis* E. c. **צפנת פענח** *Genes. 41. v. 45.*
Græcis, ut **כותרין / פסנתרין / סומפוניא / &c.** II. De vocibus
 peregrinis N. T. puta, Ebraicis, ut **ἐμμανηλ, ἀλλη-
 λεία, βελίαλ, ἀβαδδων, χερσβιμ, &c.** Hierosolymitanis, ut
**αββα, ἀπελδαμα, γολγοθα, ἐφφαθα, ἡλι ἡλι λαμα σαβαχθανι,
 κορβαναν, μαρην ἀθα, ρακα, ταλιθα κημι, &c.** Arabicis, ut:
μάγϚ, ἐλύμας, &c. *Egyptiacis*, ut: **ρεμφαν, ιαννης, ιαμ-
 βης, κλ.** Latinas non curamus. III. De controversis
 utriusq; foederis. Sic disputatur & in quibusdam lis est
 sub iudice: Num **נוגי** *Soph. 3. 18.* **מרנמה** *Prov. 26. 8.* & **σδαειον**
 in N. T. sint originis Latinæ? Num **פרתמים / כרתים / כרוהא / מורים /
 מכרו / מורים** &c. sint Græca? Num **חוננים / בר / נ** &c.
 in textu Ebræo sint Chaldaica? An **λίτσα** Samaritanum?
 An **μαμμωνας** Punicum? An **הגר, אלגומים** &c. Arabica, &
 an in Jobo Arabica extent? An **פרדס, γάζα, &c.** Persica?
 An **חרקל** Armenicum? An **חרטמים / טשפור / סהר /
 חסמני / שטנו / צפרד / אכרך / מן / כנה, λιβερτινϚ, &c.**
Egyptia? Num **Candaces** nomen Habessinum? An
μαργαριτης origine Indicum? &c. IV. De terminis in
 Historia Ecclesiastica *Maronitarum, Jacobitarum, Coptita-
 rum, Armenorum, Habesinorum, &c.* frequentatis, de
 vocibus

Many by
 on On
 Αλορα
 ar. Pa-a

Α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν, ξ, ο, π, ρ, σ, τ, υ, φ, χ, ψ, ω, Ω, Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω, Ω, Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω, Ω
vocibus Arabicis ap. Mathematicos receptis E. g. *Zifra, Algebra: Zenith, Nadir, Almucantarar, Azimut, Aux, Fomabant, Juzabar, Butb, Almutben, Alcochodon, Alfridarii, Hilec, Ris Algol, &c.* Sic ap. Medicos: *Syrub, Juleb, Alembic, Subeth, Elixyr, Rhoob, Alcobor, Loch: Alkermes, Galanga: Alcot, &c.* & ap. Historicos: *Sultan, Chalifa, Musti, Vesir, Alfaqui, Mesgida, Hegira, Caravana, &c.* Sic de illis & similibus Turcicis: *Bassa, Beglerbeg, Aga, Chiaus, Spabi, Janitschar, Distendar, &c.* V. De maximè legitimâ explicatione Punicorum, quæ in *Pœnulo Plautinâ* reperiuntur. *Tantum est.* Præcipua cura erit luculenter demonstrare omnia & quasi *πρὸς ὀμματῶν ποιεῖν*, ne cui obscuri simus. Hinc auditores admittimus quosvis, etiam Ebraismi non adeò peritos. Eo tamen animo hoc quicquid est laboris in nos lubentes suscipimus, ne quid impedimento sit ad fontes contendentibus, modò ipsas lingvas Originales, Ebraicam, Chaldaicam atque Græcam, fideliter discant in posterum. Id quod si cupiant seriò, quotidie consequi possunt in celeberrimo hoc omnis eruditionis emporio. Nec serò finiendum molimur opus, sed ad proximum Archangeli festum, cum DEO, expediendum. Immensum autem calcar addetis, Commilitones charissimi, ad iter hoc ingrediendum alacriter, pergendum strenuè & superandum feliciter, si nobis frequentes atque constantes adhæseritis. Cœterùm futuro die Jovis hora solita I. in Auditorio Collegii Veteris prælectiones nostras, *ἐν αἰαθῇ τοῦ παλάμα*, ordiemur.

P. P. Fer. II. Pentecostes A. C. N. cIo Ioc LXIX.



05 A 235

ULB Halle

3


004 206 606



WDM







εισιτα.
 ΟΤΤΟΙC,
 ΟΝ ΟΡΙΕΝ-
 Ε,

S. KATA ΔΟΞΑΝ
 ΤΙΒΛΙΣ ΟΡΙΓΙΝΑΡΙΙΣ
 , ut & earum, quæ apud
 e Orientalium, Politicos,
 Oriente adscitæ extant,
 icorum Plauti,
 Dialectis Orientalibus,
 ana, Syriaca, Punica,
 a, Turcica, Arme-
 licationem.

IRIS

defert
 IS Pfeiffer/
 E. Publ. Extraord.
 junctus.

Æ,
 ak/Acad. Typogr.